

ebdomatim consumere consueverint, ad capsam ibidem ponendam pie erogaverint, plenariam omnium peccatorum remissionem elargitur cum potestate absolvendi eosdem per hoc ipsum praeexpressum tempus et quatuor dies ante et post ab universis et singulis excommunicationis, suspensionis, interdicti et irregularitatis aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et poenis quibuscunque, undecunque et qualitercunque contractis. Item ab omnibus et singulis criminibus et peccatis quantumcunque enormibus etiam sedi apostolicae in genere vel specie reservatis, etiam si de eis mentio fieri deberet specialis et quae ante eorundem absolutionem sanctitati suae exprimi deberent, ac etiam si horum absolutio per certas regulas vel constitutiones aut apostolica scripta adeo reservata forent, quod in generali concessione minime comprehendi possent. quibus omnibus et singulis quo ad effectum praesentium est derogatum, casibus tamen in bulla in die iovis sancta publicata contentis ac violenta in episcopum vel alium ecclesiasticum praelatum iniunctione vel presbitericidio exceptis. Item omnem infamiae notam et inhabilitatis maculam ex periurio aut quocunque alio modo contractum abolendi et ad pristinos honores ac dignitates, tanquam si praedictam maculam minime contraxissent, reducendi. Item iuramenta quaecunque relaxandi. Item ieiunia quaecunque, etiam si voto vel alias ad illa obligati existunt, remittendi. Item vota quaecunque ultramarinis beatorum petri et pauli, sancti iacobi in compostella et religionis dumtaxat exceptis in alia pietatis opera commutandi. Item super bonis male acquisitis, quorum certus non scitur heres vel dominus, in favorem dictae fabricae componendi. Item peregrinari commode non valentes, infirmi, decrepiti, diffidati, inimicorum incursus timentes divinisque et humanis serviciis mancipati aliasque dum iter inceperint impediti, qui huiusmodi pecuniae quotam ad capsam in praefata ecclesia locandam imponendam transmiserint et aliqua alia altaria visitaverint aut ad arbitrium confessoris aliud pium opus operati fuerint, eandem plenariam remissionem et indulgentiam consequentur et absolutionis beneficium merentur. Item vere pauperibus huiusmodi quotam non habentibus, dummodo tamen aliquid contribuerint aut alia pietatis opera operati fuerint ad suorum confessoris arbitrium, huiusmodi est indulgentia concessa. Item voluit idem pontifex praesentes litteras et indulgentiam ad decennium durare quodque transsumptis ut originalibus credatur. Sunt etiam et fuerunt indulgentiarum huiusmodi litterae. Sub anno incarnationis dominicae Millesimo quadringentesimo octuagesimo Terciodecimo Kalendas Junij pontificatus Anni sui noni datae.

3. Ein Rätsel Hieronymus Emsers.

Mitgeteilt von Otto Clemen.

In dem von Stephan Roth geschriebenen Sammelbande XXIV. XII. 5 der Zwickauer Ratsschulbibliothek findet sich folgendes Rätsel Hieronymus Emsers.

Cristata auis

Enigma Hieronymi Emseri.

Regium quidem dyadema gestit,
Temporum vates bonus et propheta,